

que collaciones et assecuciones huiusmodi ex certis causis viribus non subsistere, supplicat igitur s. v. dictus N., quatenus sibi de prepositura, que dignitas principalis in sanctorum Martini et Seueri, ac decanatu, qui non principalis in sancti Florini ecclesiis predictis dignitates existunt, ambe tamen curate et elective, necnon canonicatibus et prebendis ac altari supradictis, quorum omnium fructus etc. centum marcharum argenti puri communi extimacione valorem annum non excedunt, sive eo modo, 10 quo illa assecutus est, sive aliis quibusvis modis aut ex aliorum quorumcumque personis . . . vacent . . . , dignemini misericorditer de novo providere, non obstante dispensacione ad incompatibilia in cancellaria exprimenda²⁾ et quod de parrochiali ecclesia in Berncastel prefate diocesis, cuius fructus etc. quindecim marcharum argenti dicta extimacione valorem annum non excedunt, cuius possessionem non habet, extitit certo modo in cancellaria exprimendo provisum³⁾, cum ceteris non obstantibus 15 et clausulis oportunitis. — *Der Papst billigt* per concessum.

¹⁾ *Datum der Billigung.*

²⁾ *S. dazu* Nr. 236.

³⁾ *S. o.* Nr. 278.

1436 November 19, Basel.

Nr. 285

Konzilsprotokoll. Votum des NvK im Namen der deutschen Nation über den Tagungsort für Unionsverhandlungen.

Kop.: PARIS, *Bibl. Nat.*, lat. 15624 (*s. o.* Nr. 234) f. 287^r; 15627 (*Protokollauszug, gleichzeitig*) f. 201^r.

Druck: CB IV 338.

Erw.: *Vansteenberghe* 60; *Meuthen, Trierer Schisma* 258; *Krämer, Beitrag* 45.

Generalkongregation. Verhandlung über den Tagungsort für die Unionsverhandlungen mit den Griechen. Dominus N. de Cusa nomine nationis Germanice supplicavit dominis et patribus de sacro concilio, quod pro bono pacis et concordie sacrum concilium vellet differre usque ad aliquos breves dies de procedendo ad electionem loci. *Dasselbe erbitten darauf im Namen der spanischen Nation der Bischof von Burgos, im Namen der italienischen der Bischof von Tivoli, sowie der Kardinallegat mit der Bitte, nomine sancte sedis 5 apostolice in der Generalkongregation gehört zu werden, und der Bischof von Lausanne mit Bitte um Aufschub bis März.*¹⁾

Lesarten 15627: 2 Cusa: Cusa nationis: inclite nationis.

¹⁾ *In lat. 15627 am Rand und sich auch auf drei weitere Voten beziehend die Bemerkung:* In instrumento ista non videntur ponenda, d. h. in der von den Promotoren über den ganzen Faszikel f. 197–204 gewünschten Instrumentierung laut Angabe f. 204^r: De quibus etc. promotores ad futuram rei memoriam pecierunt instrumentum etc. *Es handelt sich laut Aufschrift f. 197^r um (Protokollauszüge zur) Materia electionis loci.*

zu 1436 November 19, Basel.

Nr. 286

Bericht bei Johannes de Segovia, Gesta Synodi Basiliensis. Votum des NvK im Namen der deutschen Nation über den Tagungsort für Unionsverhandlungen.

Reinschrift: E f. 273^v; B f. 248^v (zu den Hss. *s. o.* Nr. 103 *Anm. 1*).

Druck: MC II 916f.

In ipsa congregacione . . . pro parte Hispanie Burgensis, Ytalie Tiburtinus episcopi, Almanie vero nacionum Nicolaus de Cusa presidentes supplicarunt presertim nacioni Gallicane, ut ab eleccione loci supersederetur usque paucos dies, intra quos de modo concordie videretur, communique voce dictum est: Placet. Legatus eciam requisivit ante eleccionem loci audienciam sibi prestari locuturo nomine sedis apostolice, recedentibus vero patribus a congregacione in domos suas, ut communiter 5 Gallici presertim declinarunt ad loca deputacionum, in quibus eciam convenientibus aliis deliberacio capta est ad duos supersederi dies et legatum audiri.